1266 praemissis non completa complenda Citaty exiis memoraty Recognoscens Gnosg Stawski cum suis posteris Ad Instantiam suprascripti Generosi Christophori Mlodecki aut eius successoris Ad Officium praesens Castren Capitanl Praemislien Extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat, mediante, semper in Primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, vadium praetactae luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, acomne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primam peremptorium sibi et alios omnes exinde consequentes Causae eius Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro Maiori, Minorennitate successorum, legatione intra vel extra regnum, servitio militari, ad munimenta ad Evictionem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis, non differendo ad quietationem Ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Premislien Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus fatalys Juris praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac alijs quibusuis Juris remedys et defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo Evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Langorski Lesiowskiego Quietat.

Comparens Personaliter Coram Officio et Actis praesen Castren Capitan
1115 Praemislien Nobilis Thomas Langowski sanus mente et Corpore gnus a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premislien Jurisdictione quo ad actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Generosus Thomas

Thomam Lesiowski et ipsius successores de Causa et Actione Officiaria infrascripta pro Recognoscentem eidem suprascripto Gnoso Thomæ Lesiowski ratione perpessu equi sui Recognoscentis proprij coloris siwy valoris florenorum Quadraginta nulla de Causa vi et violenter in via libera publica directe receptionis sui Recognoscentis aggravationis et incuinationis ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense instituta et intentata tum de poena Banitionis eadem in Causa obtenta et publicata Cum eius publicatione ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti in praemissis praestandam Satisfactionem quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat Causam eandem et Actionem Officiariam tum poenam Banitionis ratione infrascriptorum obtentam et publicatam cum eius publicatione in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Perillustris & Admodum Rndus Hoszowski Gnoso Kopystenski Contractum Approbat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Perillustris et Admodum Rndus Dominus Georgius Hoszowski Premisliensis Saboriensis et Sanocensis Rithus Graeci Episcopus sanus mente et Corpore existens à Terris Districtibusque Juribusque Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibusque recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Jurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibuscumque omnibusque totaliter et plenarie incorporando atque Subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Contractum Certum inter Gnosos Basilium et Marcum Hoszowski Fratres inter se germanos sui Recognoscentis Filios ab una et Generosum Alexandrum Kopystenski parte ab altera ratione obligationis bonorum certarum sortium in villa Chłopczyce Terra et Districtu praesentis Premisliensis iacentibus et Consistentibus tum et aliarum certarum rerum et con: